



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Cyrino Scriniario Vrbis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

rint, & excommunicatis sint absque dubio interdicta divinia officia & ecclesiastica sacramenta, illud est usquequa ad satisfactionem idoneam observardum, nec morientes sunt ad pœnitentiam admittendi, nisi jurent se mandatis Ecclesie parituros, & abjuren dicto Imperatori præfita juramenta; nec, etiam si juraverint, tradi debent ecclesiasticæ sepulturæ, si absque excommunicatorum & interdictorum obsequio nequeunt tumulari. Ad hoc autem, utrum pueri, cum patrini excommunicationi sint & interdicto suppositi, debeat baptisari, fraternitati tuae taliter duimus respondendum quod cum baptismus sacramentum necessitatis existat, propter patrimoniorum delictum illud non debet talibus denegari. Datum Laterani XVI. Kal. Iulij, anno quartodecimo.

CYRINO SCRINIARIO  
Vrbis

Epist. 75.  
Ne gravemus  
a dico ob  
alia nota jut  
la Regia.  
**S**uper commissa nobis Ecclesiarum cura, & carum specialiter quæ in urbe constiunt, quarum debemus potissimum indemnitatibus præcavere, gerentes sollicitudinem, prout convenit, diligentem, tibi dedimus in præceptis ut dicta quæ super locatione ab Abbatissâ monasterij sancti Cyriaci de urbe de bonis ipsius monasterij consanguineis suis facta confeceras, destrueres & deleres. Ne igitur tibi propter hoc, vel ab illis quibus locatio facta fuit, aut etiam à senatu, sive à quolibet alio, aliquo tempore gravamen aliquod inferatur, præsentium auctoritate statuimus, sub excommunicationis pena discentiis inhibentes, ne quis te super hoc præsumat aliquo tempore molestare. Nulli ergo &c. institutionis &c. usque incursum. Datum Laterani i. Idus Iulij, anno quartodecimo.

CREMONENSI EPISCOPO,  
& Albanensi electo apostolice sedis Legato, necnon & Abbati de Columba.

Epist. 76.  
Vt Ferarient  
dicitur idem  
nam patior  
præfici.  
**P**er litteras quas nobis olim vos, frater Cremonensis & filii Abbas, transmittere procastra, intelleximus evidenter vos gratum & acceptum pariter habuisse quod de eligendo in Ecclesia Ferariensi pastore, nominando sancti Iohannis Priorrem, Archidiaconum Parmensem & magistrum Iordanum Reginum Doctorem, aut quemlibet alium secundum quod yobis melius videretur, benigna vos instrutione curavimus erudire. Vos autem cupientes mandatum nostrum executioni mandare,

Tom. IL.

quia Priorem & Archidiaconum præficere nimis grave propter consanguineos uni parti contrarios videbatur, ad promovendum illorum aliquem cautius evitatis; Iordanum verò apud Reginum Doctorem neminem invenire valentes, fratrem Iordanum Paduanum, quem sciebatis operæ ac sermone potentem, elegistis concorditer in pastorem. Verum cùm hoc idem penitus recusarit, & Estenis Marchio capta Ferraria instanter peteret dilationem hujus electionis propter novitatem eventus nostris auribus intimandam, cùmque præterea quidam assererentur parati obicere vos vestro esse functos officio, quia vobis magis congruum videbatur ut cautionem reciperetis de rebus episcopij gubernandis ac disponendis, eidem electioni superfedere curasti, & quid supereret agendum, nostræ reliquitis beneplacito voluntatis. Nolentes igitur ut dicta Ferrariensis Ecclesia diutius pastoris solatio defraudetur, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus ante omnia Deum præ oculis habentes, eidem Ecclesia provideatis personam idoneam in pastorem, ut ex hoc apud Deum & homines debeat is meritò commendari. Quod si non omnes &c. tu, fili elecē, cum eorum altero ea &c. Datum Laterani vii. Idus Junij, anno quartodecimo.

ARCHIEPISCOPO  
Ravennati.

**F**raternitatæ tuae præsentium auctori-  
tate mandamus quatinus castrum Ar-  
gentæ taliter custodiare studeas & munire  
quod ex eo non possis incurgere aliquod  
detrimentum. Si verò id non poteris effi-  
cere per te ipsum, à dilecto filio nobili vi-  
ro Marchione Esteni sufficienti cautione  
receptra quod ipsum fideliter custodiat ad  
opus Ecclesiæ Ravennatis, illud eidem  
committere non posponas. Datum Late-  
rani ii. Non. Junij, anno quartodecimo.

ALBANENSI ELECTO  
apostolice sedis Legato.

**C**um Otto dictus Imperator, ma-  
ledictus & excommunicatus, non  
ceceret Romanam Ecclesiam impugnare,  
venerabilibus fratribus nostris Aquilegensi  
& Gradensi Patriarchis, Ravennati & Ia-  
nuensi Archiepiscopis, eorumque ac Me-  
diolanenfis Ecclesiæ suffraganeis, nostris  
damus litteris in mandatis & in virtute obe-  
dientia dictiè præcipimus ut excommu-  
nicationem in ipsum & fautores ejus pro-

Epist. 77.  
Vt castum  
Argenteæ custo-  
diat.

Epist. 78.  
De excommu-  
nicatione Ot-  
tonis Imperat.

Y y ij